

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Augustini in euangelium secundum Iohannem sermones  
CXXIII - Cod. Aug. perg. 47**

**Augustinus, Aurelius**

**[Reichenau ?], [14. Jh.]**

Sermo XCI

[urn:nbn:de:bsz:31-64194](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-64194)



noceat. siue ut fiat ipse correctior. asperitate salubri persequamur;  
 & hominem bonum tamquam malum affligamus. quem nescientes ama-  
 mus; hoc fit si quis uerbi gratia cum sit pudicus. a nobis creditur impudicus;  
 sine dubio enim si pudicum diligo. hoc est ipse quod diligo; ergo & iam ipsum  
 diligo. & nescio; & si impudicum odi. non ipsum ergo odi quia non est quod  
 odi. & tamen dilecto meo cum quo semper in caritate pudicitiae habitat  
 anima mea. facio ignarus iniuriam. non errans in discretionem uirtutum.  
 atque uitiorum. sed in cordium tenebris humanorum. proinde sicut fieri po-  
 test ut homo bonus hominem bonum oderit nesciens. uel potius diligat nesci-  
 ens. ipsum enim diligit cum bonum diligit. quia id quod est ille. hoc iste dili-  
 git. Oderit autem nesciens non ipsum sed quod putat esse ipsum. ita fieri po-  
 test. ut & iam homo iniustus hominem iustum. dum aestimat se sui  
 similem iniustum diligere. nesciens diligat iustum. & tamen dum eum cre-  
 dit iniustum. diligat non ipsum sed quod putat esse ipsum; quem ad mo-  
 dum autem hominem. sic & dominum. Denique si interrogarentur iudaei utrum  
 diligerent dominum; quid se aliud quam diligere responderent. nec ex animo  
 mentientes sed errando potius opinantes. quomodo enim diligerent pa-  
 trem ueritatis. qui haberent odio ueritatem. nolunt enim sua facta dam-  
 nari. & hoc habet ueritas ut talia facta damnentur. Tantum igitur oderit  
 ueritatem. quantum oderunt suas poenas quas talibus inrogat ueritas; nes-  
 ciunt autem illam esse ueritatem. quae tales quales ipsi sunt damnat. ode-  
 runt ergo quam nesciunt. & cum illam oderunt. profecto & eum de quo  
 nata est. nisi odisse non possunt; ac per hoc quia ueritatem qua iudicante  
 damnatur. de patre domini natam nesciunt. utique & iam ipsum & nesciunt & ode-  
 runt. O miseris homines. qui cum esse uolunt mali esse ueritatem qua dam-  
 nantur mali; nolunt enim eam esse quod est. cum ipsos debeant nolle esse  
 quod sunt. ut ipsa manente mutentur. ne ipsa iudicante damnentur.

**INCIPIT SERMO XCI. DE EO QUOD DICIT SI OPERA NON FE-  
 CISSEM INEIS QUAE NEMO ALIUS FECIT PECCATUM NON  
 HABERENT NUNC AUTEM ET UIDERUNT ET ODERUNT  
 ET ME ET PATREM MEUM SED UT IMPLEATUR SERMO QUI  
 IN LEGE EORUM SCRIPTUS EST QUI AD IOHANNEM HABUERIT ME GRA-**

**D**ixerat dominus. qui me odit & patrem meum odit. utique enim  
 qui odit ueritatem. necesse est oderit & a quo ueritas nata est;  
 unde iam quantum datum est. loquuti sumus. Deinde addidit un-  
 de nobis nunc loquendum est. Si opera non fecissem in eis quae nemo  
 alius fecit. peccatum non haberent; peccatum illud scilicet magnum de quo

nolunt.



& superius ait. Si non uenissim & loquutus eis fuissim. peccatum non haberent; hoc est peccatum. quo in eum loquentem & operantem non crediderunt; neque enim nullum habebant peccatum antequam loqueretur eis & operaretur in eis. sed hoc peccatum quo in eum non crediderunt. ideo sic commemorantur. quia ipso peccato tenentur & cetera; hoc enim si non haberent & in eum crederent. dimitterentur & cetera. Sed quid est hoc. quod cum dixisset. Si opera non fecissim in eis. mox addidit. quae nemo alius fecit. nulla quippe in operibus christi uidentur esse maiora quam suscitatio mortuorum. quod scimus & iam antiquos fecisse prophetas; fecit enim helias. fecit helisaeus. & cum in hac carne uiueret & cum in suo monumento sepultus iaceret; nam quidam portantes mortuum. cum inruentibus hostibus eo refugissent. eumque ibi posuissent. continuo resurrexit; fecit tamen aliqua christi. quae nemo alius fecit. quod quinq. milia hominum de quinq. & quattuor milia de septem panibus pauit. quod super aquas ambulauit. & praeter ut hoc faceret praestitit. quod aquam mutauit in uinum. quod aperuit oculos caecinati. & alia multa quae commemorare longum est. Sed respondetur nobis & alios fecisse. quae ipse non fecit. & quae nemo alius fecit. quis enim nisi moyses aegyptios plagis tot tantisque percussit. diuiso mari populum duxit. manna de caelo esurientibus impetrauit. aquam de petra sitientibus fudit. Quis nisi iesus naue populo transiuro iordanis fluentia diuisit & currentem solem emissam ad dominum oratione frenauit & fixit. Quis praeter samson propter suam sitim maxilla mortui asini exundante saturatus est. Quis praeter heliam curru igneo in alta subuectus est. Quis praeter helisaeum quod paulo ante commemorauit. sepulto suo cadaueris cadauer alterius reddidit uitae. Quis praeter danielem inter ora inclusorum secum leonum esurientium uixit innocuus. Quis praeter tres uiros annaniam. azariam. misahel inflammis ardentibus & non urentibus deambulauit in laesus. praeterea cetera. quoniam haec satis esse arbitror. quibus demonstratur & alios sanctos quaedam opera miranda fecisse. quae nemo alius fecit. Sed quia tam multa uita & malas ualiditudo. uexationesque mortalium tanta potestate sanantur. nullus omnino legitur antiquorum; ut enim taceantur quos iubendo sicut occurrebant. saluos singulos fecit. **M**arcus euangelista quodam loco ait; uespere autem factum cum occidisset sol. adferebant ad eum male habentes & daemonia habentes & erant omnis ciuitas ad ianuam congregata & curauit multos qui uexabantur uariis languoribus & daemonia multa eiciebat. Id autem commemorasset mattheus. & iam testimonium propheticum addidit dicens. ut adimpleretur quod dictum est per esaiam prophetam dicentem; ipse infirmitates nostras accepit. & aegritudines posuit.



Item alio loco dicit marcus; & quocumq; introibat in uicos uel in uillas,  
 aut in ciuitates. in plateis ponebant infirmos & deprecabantur eum ut uel  
 fimbriam uestimenti eius tangerent & quotquot tangebant eum. saluifie  
 bant; haec nemo alius fecit in eis; sic enim intelligendum est quod ait in eis.  
 non inter eos. uel coram eis. sed prorsus in eis. quia sanauit eos. haec quippe  
 intelligi uoluit. quae non solum facerent admirationem. uerum & iam ma  
 nifestam conferrent salutem; pro quibus beneficiis utiq; a moyse non  
 odium & tribuere debuerunt; Omnia quidem ceterorum miracula supe  
 rat quod est natus ex uirgine. matrisq; integritatem solus potuit nec  
 conceptus uiolare. nec natus; sed hoc nec coram eis factum est. nec in eis; ad  
 agnoscendam quippe huius miraculi ueritatem. non communi cum eis as  
 pectu sed discreto ab eis discipulatu apostoli per uenerunt; iam uero illud  
 quod die tertia in carne in qua occisus fuerat. de sepulchro se reddidit  
 uiuum. & numquam deinde morturus cum illa ascendit in caelum.  
 superat & iam cuncta quae fecit; sed neq; hoc factum est in iudaeis. neq;  
 coram eis. & nondum hoc fecerat quando dicebat. si opera non fecissem  
 in eis quae nemo alius fecit; nimirum ergo illa sunt quae in eorum uali  
 tudinibus tanta miracula salutis ostendit. quanta in illis antea nemo do  
 nauit; haec enim uiderunt. & hoc eis exprobrans adiungit & dicit. Nunc  
 autem uiderunt & oderunt & me & patrem meum. sed ut adimpleatur  
 sermo qui in lege eorum scriptus est. Quia odium habuerunt gratis.  
 eorum legem dicit. non ab ipsis inuentam sed ipsis datam. sicut dicimus.  
 panem nostrum cotidianum. quem tamen ad opus addendo da  
 nobis. Gratus autem odit. qui nullum ex odio commodum quaerit. uel  
 incommodum fugit; sic oderunt dñm impii sic diligunt iusti; hoc est  
 gratis. ut alia praeter illum non expectent bona; qñm ipse erit in omni  
 bus omnia. Quisquis uero altius attenderit xpm dicentem. Si opera  
 non fecissem in eis quae nemo alius fecit. sed haec & si pater aut scs sps  
 fecit. nemo alius fecit. quia totius trinitatis una substantia est. inueni  
 ipsum fecisse si quando quis pius di homo tale aliquid fecit; potest qui  
 pe in se ipse cuncta per se ipsum. nemo autem potest aliquid sine ipso.  
 Xps namq; cum pater & sps sco non sunt tres di. sed unus di. De quo  
 scriptum est. Benedictus dñs ds israhel. qui fecit mirabilia solus. nemo  
 ergo alius fecit quaecumq; in eis opera fecit. qñm quisquis alius homo  
 aliquid eorum fecit. ipso faciente fecit. haec autem ipse non illis facien  
 tibus fecit.

INCIPIT SERMO XCVI DE EO QUOD DICIT. CUM AUTEM